Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26089
Copyright: Admont, Benediktinerstift



fuit hoc reparatio salutis humane. imminutio sub
stantie non fuit hoc diuine. Qui tangendo ex intacto
limo fecit hominem. nascendo ipse hominem de cor
pore fecit intactum. Manus q̄ in nr̄o plasmatū assūpsit
ad reparationem nr̄am dignanter assumpsit & carnē
Ergo quid creator in creatura sua. Quod ds̄ inuenit
in carne. creature honor est non creatoris iniuria. S;
hoc q̄ contumeliā credidit. credit lutum p̄ciosius ēē
quam aurum. fortasse & penitet de luti iniuria in
honorem carnis in hominis glām esse mutatā. Homo
quare tibi tam uilis es q̄ tam preciosus dō. quare sic hono
ratus a dō te ipsum taliter inhonoras. Quare queris un
de factus sis. & ad quid fact⁹ sis non queris. Nonne ista
tota q̄ uides tibi facta est mundi dom⁹. tibi infusa lux
circumfusas remouet tenebras. Tibi est temperata nox.
tibi dimensus est dies. tibi celum solis. lune stellarū ua
rio fulgore datum est. tibi terra florib⁹ nemorib⁹. fructi
bus est depicta. tibi creata est in aera. in campis. in
aquis speciosa. concinens mirabilis animantiū multi
tudo. ne gaudium scli tristis solitudo confunderet.
Hinc est quod fecit & te de terra ut esses tu dn̄s terre
norum & esses ipsis ipsa substantiæ cōmunione cōmu
nis. nec tamen terrenū terrestrib⁹ sic equauit ut non
etiam celestib⁹ animatū te celit⁹ exequaret. & esset tibi
cum dō ratio. comunio cū iumentis. Dedit tibi ani